

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Inuidia m
cum fonte primo

Quemadmodum columpna,
si recta fuerit, accepto pondere
amplius confirmatur. Si autem modice
obliquata fuerit,

non solum non confirmatur sed amplius
uadit ad latus. Sic et cor hominis,
si fuerit rectum, uidens
opera uiri iusti, audiens

doctrinam sapiencie eius, amplius
confirmatur.
Sed si cor peruersum fuerit,

non solum non confirmatur,
sed magis ad inuidiam excitatur
et magis peruertitur.

Crisostomus super illud Matthei XXI.:
Indignati sunt.

Quemadmodum columna
in templo,
si steterit recta, accepto pondere
amplius confirmatur; si autem modice
obliqua fuerit,
suscepto pondere,
non solum non confirmatur, sed amplius
vadit ad latus: sic et cor hominis
si rectum fuerit, videns
opera alicujus viri justi, aut audiens,
per
doctrinam sapientiae ejus amplius
confirmatur;
si autem fuerit perversum cor,
videns opera alicujus viri justi,
aut audiens,
non solum non confirmatur,
sed magis ad inuidiam excitatur,
et magis pervertitur.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus*
imperfectum in Matthaeum, 38 (PG 56,
col.842).